

revera illud proprie valet vox hebraica מוסח Musach; quod tamen tentorium sit, aut cur dicatur sabbati, omnino incertum est. Glossa aedificium esse putat in templi vestibulo, in quod reges, cum diebus sabbati templum obirent, elemosynas facerent. Et ita, inquit, Musach sabbati gazophylacium est regum, sicut corbanam sacerdotum, quod etiam probant Lyra, Dionysius et Hugo, et Historia Scholastica. Alii Musach sabbati vocari putant, quia in eo sacerdotes aliquantisper morabantur, cum perfuncti suo munere sabbatis excederent à templo. Ita Vatablus et Isidorus, neque longè hinc abeunt Chaldaeus et Pagninus in radice סכך Sachaq. Rabb. Salomon, ut refert Lyra, putat locum esse in porticu templi splendide coopertum, in quo sedebat rex in sabbatis, diebusque aliis solemnioribus. Quae explicatio non displicet Abulensi; addit tamen aliam quam videtur probare minus quam superiorem. Ait enim è domo regis ad templum viam quamdam esse operam et caecam, per quam rex, cum vellet, sine testibus in templum descenderet; quod faciunt saepe viri nobiles, qui domos suas interposito occulto trajectu cum templo conjungunt, quasi aut domus pars esset templi, aut templum regis domus membrum adjunctum.

Ego ex omnibus illam magis explicationem approbo, quam Rabb. Salomon probat, neque Abulensis improbat, ita ut Musach sit regia sedes, non in templi porticu, ut dicebat Rab. Salomon, sed in aditu sacerdotalis atrii. Quod mihi persuadet, quia apud Ezechielem lego, c. 46, v. 1: *Porta atrii interioris quae respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur; sed et in die Calendarum aperietur, et intrabit princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae, et facient sacerdotes holocaustum ejus, et pacifica ejus, et adorabit super limen portae, et egredietur.* Hinc habes cur istud Musach dici potuerit sabbati. Quòd verò tectum esse aliqua ratione debuerit, ne in mediam turbam coniectus esse videatur, ipsa ratio docet: neque enim deceat ut regia persona communem habeat locum aut ordinem cum populari turbà. Atque idèò locus erat clausus, distinctusque cancellis, aut supra caput regium oppansum erat velum; quod vulgus hominum *doselum* appellat. Quocumque horum modorum accipias, vocari Musach potest, id est, clausum, tectum aut tentorium, quia instar habet taber-

nacli. Accedit quòd in tempore loco est pro regibus certis honestiori loco, in quo praeter reges, aut eos qui summam habent potestatem, sedere nemini concessum est. In eo loco sedisse arbitror Joas, cum rex à pontifice Joiada declaratus est lib. 4 Reg. c. 11, v. 15: *Audivit autem Ahalia vocem populi currentis, et ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal juxta morem.* Quod verbum extremum sic interpretor, ut sederet in templo eo in loco et modo quo sedere solent communiter reges. Neque aliud fortassè sibi vult illud c. 25, infra, v. 5, de Josià: *Stetitque rex super gradium, et factus percussit coram Domino.*

Sed roget quis, quid movere potuit Achaz, ut Musach, id est, solium suum, eo modo quo diximus, clausum, de templo sustulerit? Sanè non aliud quam quo adductus fuit, ut altare holocausti, et luteris, et phylais, et aliam sacram supellectilem, aut deformaverit, aut abstulerit. Sed est in Musach praecipua quaedam ratio, quae regem illum vesanum et impium in illam cogitationem induxit. Cum enim esset impius, et patriam horreret religionem, expeteret et laudaret alienam, noluit locum aliquem habere in templo, in quod religionis gratia non jam amplius erat ingressurus, quò sibi religionem illam esse sanctam aut gratam profiteretur. Deinde cum superbus esset, ferebat molestè ad atrium interius aditum sibi non patere, atque idèò sedem, quae in atrii vestibulo pro regibus erat constituta, longè summovit et intra sacerdotale atrium introduxit, ut ibi magis à turbà separatus sederet honestus: et eodem consilio exteriorum ingressum, de quo statim, in templum converit, id est, fecit ut per interioris atrium accederet ad Musach, quòd jam in atrium sacerdotale transtulerat.

ET INGRESSUM REGIS EXTERIORUM, CONVERTIT IN TEMPLUM PROPTER REGEM ASSYRIORUM. Hic etiam interpretes, sicut supra, divinant, quòd etiam mihi nunc necessariò faciendum est. Quidam existimant è regis domo in templum aditus esse duos, alterum exteriorum, per quem spectante populo religionis ergo, quò alios suo exemplo ad pietatem provocaret, ingrediebatur rex in templum; alterum caecum et clausum, uni regi domesticisque pervium, per quem rex poterat sine ullo apparatu et strepitu obire templum, et interesse sacris. Illum sustulit, hunc servavit, ne templum publicè ingressus, suae praeretur fidei documentum,

occultè si in templum penetraret, spectante nemine, nemo illum putaret studiosum patriae religionis, aut aliena violatae reum argueret. Et facit ad hoc quòd lib. 2 Paral. c. 28, v. 24, clausisse dicitur templi fores. Quare ille nollet videri, cum obiret templum, quasi religiosus esset, cum oclusis foribus alios intrare templum prohibuisset. Hoc autem videri potuit propter regem Assyriorum fecisse, ut illius sibi conciliaret gratiam, quòd consecutus videbatur, si nunquam aut rarò postea templum inviseret, quòd abjuratae religionis argumentum est.

Alii unum agnoscunt ingressum, ita ut ab exteriori portà inciperet templi: fecit tamen rex ut aditus ille totus esset internus et occultus, à domo nempe regis, ad templi interiora claustra. Hoc ego neque reprobare audeo, neque omnino probo, quia nescio quomodò minus ad utramlibet expositionem afficior; sicut neque ad alias, quia nihil ex textu certum apparet, quòd nos cogat in hanc vel illam sine aliqua dubitatione discodere. Sed neque mihi ipsi placeo in eà quam adduco, quia in illà aliquid deprehendo quòd me aliquantulum

## CAPUT XVII.

1. Anno duodecimo Achaz, regis Juda, regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israel, novem annis.

2. Fecitque malum coram Domino, sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerant.

3. Contra hunc ascendit Salmanasar, rex Assyriorum, et factus est ei Osee servus, reddebaturque illi tributa.

4. Cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee quòd rebellare nitens misisset nuntios ad Sua, regem Aegypti, ne praestaret tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, et vinctum misit in carcerem.

5. Pervagatusque est omnem terram; et ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis.

6. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam; et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala et in Habor, juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum.

7. Factum est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat

dubitare cogat. Indicat Ezechiel cap. 46, vers. 2: *Intrabit, inquit, princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portae.* Quare cum per exteriorum illam viam ingressurus sit, et egressurus princeps, non poterat ad ulteriorem locum, qui tantum sacerdotibus patebat, penetrare, quòd durum videbatur insolenti regi. Quare ingressum fecit per sacerdotale atrium contra templum, id est, contra domum Dei, quam illa pars sacerdotalis mediam amplectebatur; nam prius contra sacerdotum atrium potius quam contra templum, seu sanctuarium spectabat. Quòd si Musach ad atrium transtulit interius, consequens erat, ut ingressum quoque exteriorum haberet; id verò fecit propter regem Assyriorum, ne si illi per exteriorum viam ingrederetur, et in Musach sederet, contemptus videretur. Maluit itaque violare divinam legem, quae gentilem hominem à templo prohibebat, neque Israelitam, qui non esset à Levitico genere, in illam interiorem templi partem admittebat, quam avertere ab amicitia offensum regem, cujus virtutem et gratiam praeferebat divinae. Ita ego cogitabam; alii sine dubio melius.

## CHAPITRE XVII.

1. La douzième année du règne d'Achaz, roi de Juda, Osee, fils d'Ela, régna sur Israël à Samarie, durant neuf ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui; car il souffrait que son peuple allât à Jérusalem adorer le Seigneur.

3. Salmanasar, roi des Assyriens, marcha contre lui; et Osee fut asservi à Salmanasar, roi des Assyriens, et lui payait tribut.

4. Mais le roi des Assyriens ayant découvert qu'Osee pensait à se révolter contre lui, et que, pour s'affranchir du tribut qu'il lui payait tous les ans, il avait envoyé des ambassadeurs à Sua, roi d'Égypte, il l'assiégea; et l'ayant pris, il le chargea de chaînes, et l'envoya en prison.

5. Salmanasar parcourut tout le pays d'Israël; et étant venu à Samarie, il la tint assiégée pendant trois ans.

6. Or, la neuvième année du règne d'Osee, le roi des Assyriens prit Samarie, et transféra les Israélites au pays des Assyriens, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve de Gozan;

7. Et cela arriva parce que les enfants d'Israël avaient péché contre le Seigneur leur

eos de terrâ Egypti, de manu Pharaonis, regis Egypti, coluerunt deos alienos;

8. Et ambulaverunt juxta ritum gentium quas consumperat Dominus in conspectu filiorum Israël, et regum Israël, quia similiter fecerant.

9. Et offenderunt filii Israël verbis non rectis Dominum Deum suum : et edificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, à turri custodum usque ad civitatem munitam;

10. Feceruntque sibi statuas et lucos in omni colle sublimi et subter omne lignum nemorosum,

11. Et adolebant ibi incensum super aras in morem gentium quas transtulerat Dominus à facie eorum; feceruntque verba pessima irritantes Dominum,

12. Et coluerunt immunditias, de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc.

13. Et testificatus est Dominus in Israël et in Judâ per manum omnium prophetarum et videntium, dicens : Revertimini à viis vestris pessimis, et custodite præcepta mea et caeremonias, juxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum.

14. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo;

15. Et abjecerunt legitima ejus, et pactum quod pepigit cum patribus eorum, et festificationes quibus contestatus est eos, sicutique sunt vanitates, et vanè egerunt; et secuti sunt gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis ut non facerent sicut et illæ faciebant.

16. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui : feceruntque sibi conflatas duos vitulos et lucos, et adoraverunt universam militiam cæli, servieruntque Baal,

17. Et consecraverunt filios suos et filias suas per ignem, et divinationibus inserviebant et auguriis : et tradiderunt se

Dieu, qui les avait tirés de l'Égypte et de la puissance de Pharaon, roi d'Égypte, et qu'ils adoraient des dieux étrangers.

8. Ils vivaient selon les coutumes des nations que le Seigneur avait exterminées à l'entrée des enfans d'Israël, et selon les coutumes impies des rois d'Israël, qui avaient imité ces nations.

9. Et les enfans d'Israël avaient offensé le Seigneur leur Dieu par ces choses qui n'étaient point droites, et ils s'étaient bâti des hauts lieux dans toutes leurs villes, depuis les tours des gardes jusqu'aux villes fortifiées.

10. Ils avaient aussi dressé des statues et planté des bois sur toutes les hautes collines et sous tous les arbres chargés de feuillage.

11. Ils brûlaient de l'encens sur les autels, comme les nations que le Seigneur avait exterminées à leur entrée; ils commettaient des actions très-criminelles, par lesquelles ils irritaient le Seigneur;

12. Et ils adoraient des abominations, au sujet desquelles le Seigneur leur avait fait des défenses, afin de ne pas s'y livrer.

13. Le Seigneur avait souvent protesté dans Israël et dans Juda, par tous ses prophètes et par les voyants, et il leur avait dit : Revenez de vos voies si corrompues, et gardez mes préceptes et mes cérémonies, selon toutes les lois que j'ai prescrites à vos pères, et selon que je vous l'ai déclaré par les prophètes, mes serviteurs, que je vous ai envoyés.

14. Et ils n'écoutèrent pas; mais ils endurcirent leur tête, comme celle de leurs pères, qui n'avaient point voulu obéir au Seigneur leur Dieu.

15. Et ils avaient rejeté ses lois et l'alliance qu'il avait faite avec leurs pères, aussi bien que tous les avertissements qu'il leur avait donnés. Ils avaient couru après les vanités, et avaient agi vainement; et ils ont suivi les nations dont ils étaient environnés, quoique le Seigneur leur eût défendu de faire ce qu'elles faisaient.

16. Ils avaient abandonné toutes les ordonnances du Seigneur leur Dieu : ils s'étaient fait deux veaux de fonte, avaient planté des bois, et adoré tous les astres du ciel, et servi Baal.

17. Ils ont consacré leurs fils et leurs filles par le feu; ils s'attachaient aux divinations et aux augures, et s'abandonnaient à ce qui

ut facerent malum coram Domino ut irritarent eum.

18. Iratusque est Dominus vehementer Israeli, et abstulit eos à conspectu suo; et non remansit nisi tribus Juda tantummodò;

19. Sed nec ipse Juda custodivit mandata Domini Dei sui; verum ambulavit in erroribus Israel quos operatus fuerat.

20. Projecitque Dominus omne semen Israel; et affixit eos, et tradidit eos in manu diripientium (donec projiceret eos à facie suâ),

21. Ex eo jam tempore quo scissus est Israel à domo David, et constituerunt sibi regem Jeroboam filium Nabath; separavit enim Jeroboam Israel à Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum.

22. Et ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Jeroboam quæ fecerat, et non recesserunt ab eis,

23. Usquequò Dominus auferret Israel à facie suâ, sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum; translatusque est Israel de terrâ suâ in Assyrios, usque in diem hanc.

24. Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone et de Cutha et de Avah et de Emath et de Sepharvaïm, et collocavit eos in civitatibus Samariæ pro filiis Israel; qui possederunt Samariam, et habitaverunt in urbibus ejus.

25. Cùmque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum, et immisit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.

26. Nuntiatumque est regi Assyriorum et dictum : Gentes quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ; et immisit in eos Dominus leones, et ecce interficiunt eos, eò quòd ignorant ritum Dei terræ.

27. Præcepit autem rex Assyriorum, dicens : Ducite illuc unum de sacerdotibus quos inde captivos adduxistis, et vadat et habitet cum eis, et doceat eos legitima Dei terræ.

28. Igitur cùm venisset unus de sacerdotibus his qui captivi ducti fuerant de Samariâ, habitavit in Bethel, et do-

est mal devant le Seigneur; en sorte qu'ils irritèrent.

18. Le Seigneur donc s'irrita contre Israël; le rejeta de devant sa face, et il ne demeura plus dans cette terre que la seule tribu de Juda.

19. Et Juda même ne garda point les commandemens du Seigneur son Dieu, mais marcha dans les égarements d'Israël.

20. Et le Seigneur abandonna toute la race d'Israël; il les affligea, et les livra à ceux qui étaient venus les piller, jusqu'à ce qu'il les rejetât entièrement de devant sa face.

21. Ceci commença dès le temps qu'Israël se sépara de la maison de David, et que les dix tribus établirent Jeroboam, fils de Nabath, pour être leur roi; car Jeroboam sépara Israël d'avec le Seigneur, et les fit tomber dans un grand péché.

22. Les enfans d'Israël marchèrent ensuite dans tous les péchés de Jeroboam, et ils ne s'en retirèrent point.

23. Jusqu'à ce qu'enfin le Seigneur rejetât Israël de devant sa face, comme il l'avait prédit par tous les prophètes, ses serviteurs, et qu'Israël fût transféré de son pays dans l'Assyrie, comme il l'est encore aujourd'hui.

24. Or, le roi des Assyriens fit venir des habitans de Babylone, de Cutha, d'Avah, d'Emath et de Sépharvaïm, et les établit dans les villes de Samarie en la place des enfans d'Israël. Ces peuples possédèrent Samarie, et habitèrent dans ses villes.

25. Lorsqu'ils eurent commencé d'y demeurer, comme ils ne craignaient point le Seigneur, le Seigneur envoya contre eux des lions qui les tuaient.

26. On en porta la nouvelle au roi des Assyriens, et on lui fit dire : Les peuples que vous avez transférés en Samarie, et auxquels vous avez commandé de demeurer dans ses villes, ignorent la manière dont le Dieu de ce pays-là veut être adoré; et ce Dieu a envoyé contre eux des lions qui les tuent, parce qu'ils ne savent pas la manière dont le Dieu de cette terre veut être adoré.

27. Alors le roi des Assyriens leur donna cet ordre, disant : Envoyez en Samarie l'un des prêtres que vous en avez emmenés captifs; qu'il y retourne et demeure avec ces peuples, afin qu'il leur apprenne le culte qui doit être rendu au Dieu du pays.

28. Ainsi l'un des prêtres qui avaient été emmenés captifs de Samarie, y étant revenu,

cebat eos quomodo colerent Dominum.

29. Et unaquaque gens fabricata est deum suum; posueruntque eos in fanis excelsis quæ fecerant Samariæ, gens et gens in urbibus suis in quibus habitabat.

30. Viri enim Babylonii fecerunt Sochoth-Bénoth; viri autem Cuthæi fecerunt Nergel, et viri de Emath fecerunt Asima;

31. Porrò Hevæi fecerunt Nebahaz et Tharthæ; hi autem qui erant de Sepharvaim comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech, diis Sepharvaim.

32. Et nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum, et ponebant eos in fanis sublimibus.

33. Et, cum Dominum colerent, diis quoque suis serviebant, juxta consuetudinem gentium de quibus translatus fuerant Samariam.

34. Usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum; non timent Dominum, neque custodiunt cæremonias ejus, judicia et legem, et mandatum quod præcepit Dominus filiis Jacob quem cognominavit Israël;

35. Et percusserat cum eis pactum, et mandaverat eis, dicens: Nolite timere deos alienos, et non adoretis eos, neque colatis eos, et non immoletis eis;

36. Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terrâ Egypti in fortitudine magna et in brachio extento, ipsum time, et illum adorate, et ipsi immolate.

37. Cæremonias quoque, et judicia, et legem, et mandatum quod scripsit vobis, custodite, ut faciatis cunctis diebus; et non timeatis deos alienos:

38. Et pactum quod percussit vobiscum nolite oblivisci; nec colatis deos alienos:

39. Sed Dominum Deum vestrum time, et ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum.

40. Illi verò non audierunt, sed juxta consuetudinem suam præsentem perpetrabant.

41. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus et

demeura à Béthel; et il leur apprenait la manière dont ils devaient honorer le Seigneur.

29. Chacun de ces peuples ensuite se forgea son dieu; et ils les mirent dans les temples et dans les hauts lieux que les Samaritains avaient bâtis. Chaque nation mit le sien dans la ville où elle habitait.

30. Les Babyloniens se firent leur dieu Sochoth-Bénoth; les Cuthéens, Nergel; ceux d'Emath, Asima;

31. Les Hévéens firent Nébahaz et Tharthac; mais ceux de Sepharvaim brûlaient leurs enfants au feu sacré, en l'honneur d'Adramelech et d'Anamelech, dieux de Sepharvaim.

32. Tous ces peuples ne laissaient pas d'adorer le Seigneur. Ils choisissaient les derniers du peuple pour les établir prêtres des hauts lieux, et les plaçaient dans ces temples;

33. Et, quoiqu'ils adorassent le Seigneur, ils servaient en même temps leurs dieux selon la coutume des nations du milieu desquelles ils avaient été transférés en Samarie.

34. Ces peuples suivent encore aujourd'hui leurs anciennes coutumes; ils ne craignent point le Seigneur, ils ne gardent point ses cérémonies, ni ses ordonnances, ni ses lois, ni les préceptes qu'il donna aux enfants de Jacob qu'il surnomma Israël;

35. Avec lesquels il avait contracté son alliance, en leur donnant ce commandement si exprès: Gardez-vous bien de révérer les dieux étrangers, de les adorer, de les servir et de leur sacrifier;

36. Mais rendez tous ces devoirs au Seigneur votre Dieu qui vous a tirés de l'Égypte par une grande puissance et en déployant la force de son bras; révêrez-le, adorez-le, et lui offrez vos sacrifices.

37. Gardez ses cérémonies, ses ordonnances, ses lois et les préceptes qu'il vous a donnés par écrit; observez-les tous les jours de votre vie; n'ayez aucune crainte des dieux étrangers.

38. N'oubliez jamais l'alliance qu'il a faite avec vous, et n'honorez point les dieux étrangers;

39. Mais craignez le Seigneur votre Dieu, et ce sera lui qui vous délivrera de la puissance de tous vos ennemis.

40. Cependant ils n'ont point écouté ces préceptes, et ils ont suivi leurs anciennes coutumes.

41. Ainsi ces peuples ont craint le Seigneur,

idolis suis servientes, nam et filii eorum et nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO DUODECIMO ACHAZ REGIS JUDÆ, REGNAVIT OSEE FILIUS ELA IN SAMARIA. Ventum est ad ultimum regem Israël, quo sublato regnum ante florentissimum extinctum est. Sed in principio difficilis quidam incidit nodus, quem expeditum oportet: nam cap. 15, vers. 50, inisse regnum dicitur Osee anno vigesimo Joatham, qui tamen cap. 15, vers. 55, sedecim annis regnasse dicitur, nunc verò anno duodecimo Achaz, quæ sanè tempora in unum annum convenire non possunt; deinde quia Phacee, quo primum extincto successit Osee, mortuus est anno secundo, aut tertio Achaz, quando jam decesserat Joatham; quare non potuit Osee regnum intrare Israël, aut anno vigesimo Joatham, qui non erat in vivis, aut duodecimo Achaz. Hic nodus variè à variis aut solvitur, aut eluditur; vide Abulens. q. 2. Mihi ille videtur non omnino impeditus, qui in regibus duo distinguit tempora, alterum in quo quis cum patre simul, alterum in quo solus sine patre regnavit, unde necessarium est, ut varia constituamus regnorum exordia. Init Osee regnum anno duodecimo, ex quo Achaz regnare cepit simul cum parente; designatus autem videtur Achaz in regno socius, cum solus in regno annum ageret septimum pater Joatham. Quòd si octo aut novem annis, quibus cum parente regnum obtinuit, tres alios, quatuorve addas, quibus regnavit solus, nam anno tertio, aut quarto, cecidit Phacee, verè Osee anno Achaz duodecimo dicitur regnum occupasse; dici autem potest anno tertio, aut quarto Achaz mortuus esse Phacee, juxta Scripturæ consuetudinem, quæ imperfectos numeros interdum omittit, interdum pro perfectis et integris usurpat. Sed magis videtur soluta responsio, quæ dicit non statim atque occisus fuit Phacee, regnasse illius interfectorem Osee, quia sedare non potuit excitatas turbas, et conflantem invidiam sedare, usque ad duodecimum annum regni Achaz, et quia tunc pacifera habitus regni possessionem, tunc omnino dicitur regnum adisse. Ita Abulens. hic q. 2 et cap. 18.

Illud difficilior, quòd, cum Osee regnum obtinuit, jam vitæ functo Joatham, anno illius vigesimo dicitur Osee regnum tenuisse. Multi modò adhibentur extricandum hunc nodum, quos vide apud Abulens. in cap. 15, quest.

mais ils ont servi en même temps les idoles; car leurs fils et leurs petits-fils font encore aujourd'hui ce qu'ont fait leurs pères.

54, quos ille acutè, ut solet, et optimè refutat: ac tandem censet quosdam annos Achaz annumerandos annis Joatham, qui cum sedecim regnari annis, si illis ex regno Achaz tres quatuorve addas (nam tertio, vel quarto anno illius, ut nuper dicebamus, occisus est Phacee) anno vigesimo Joatham cepisse dicitur Osee regnum. Mihi non displicet, quod Abulensi placuit, sed est aliquid in eâ cogitatione durum et novum, quod nova ratio lenit necesse est. Illam autem sumendam esse puto ex eodem loco, ubi Osee exorsus esse dicitur regnare anno vigesimo Joatham, nempe cap. 15, vers. 50, ubi multa per prolepsin ante sua tempora narratur, ut vides, quæ deinde pluribus explicatur verbis, ut est historia Phacee et Osee, quæ hoc cap. 17. primum explicari cœpta est. Cum ergo cap. hoc 15. nihil dictum esset de Achaz, et sub illud tempus regnum inciperet Joatham, ab illius regni exordio, regni quoque Osee sumi commodè potuit certa mensura. Sic igitur hunc locum interpretor: Regnum Osee inchoat anno, ex quo regnare inchoat Joatham, vigesimo, qui fuit tertius, vel quartus Achaz. Aliam rationem adducit Genebrardus in Chronico, cur mortuo Joatham potius quam viventis Achaz sacer historicus meminert: « Quia designata, inquit, (Scriptura nominare impium Achaz, patris (sui jam defuncti nomen proferre maluit.)

VERS. 2. — FACITQUE MALEM CORAM DOMINO, SED NON SICUT REGES ISRAEL, QUI ANTE EUM FUE-  
RUNT (1). Cum superiorum regum, quorum so-  
lum occupavi, vestigia secutus fuerit, non ta-

(1) Osee fit le mal devant le Seigneur, mais non comme les rois d'Israël qui avaient été avant lui. On prétend que la différence qu'il y eut entre ce roi d'Israël et les princes, ses prédécesseurs, fut seulement en ce qu'il n'empêcha point ses sujets d'aller adorer le Dieu d'Israël à Jérusalem, et des'acquitter dans le temple des devoirs qu'exigeait d'eux la religion des Juifs, au lieu que les autres princes usèrent même de violence pour leur ôter cette liberté. C'était sans doute un bien qu'il faisait; mais on peut dire qu'il le détruisait en même temps par son exemple, en faisant lui-même le mal devant le Seigneur, comme parle l'Écriture, c'est-à-dire, en adorant les idoles, et ne rendant pas à Dieu ce qu'il lui devait. Quant à son peuple, comme les vœux d'or que Jéroboam avait fait élever n'y étaient plus, ayant été emportés par les Assyriens, l'adoration que plusieurs d'entre eux allaient rendre à Dieu dans le temple de Jérusalem pouvait bien être plutôt un effet de

men siese in eorum scelera intemperanter projecit, ut illorum impietatem adequaret. Nam cum alii reges Israel Jeroboami secuti consilia, qui non solum coluissent ipse, aliisque colendos vitulos proposuissent, sed etiam custodes statuas in viis, ne quis aunderet religionis gratia adire Hierosolymam, ipsi quoque ad urbem et templum aditum preclusissent, Osee tamen omnibus copiam fecit aduenda civitatis et templi, et obire sacra quae jam dudum intermissa fuerant. Ita Hebraei in Seder Olam, c. 22. Contra hunc, sicut ante fecerant Assyriorum reges, instruxit exercitum copiosum Salmanasar, qui eò adduxit regem novum, et non satis ad irruptiones illas comparatum, maxime cum imperii vires sublati toti tribubus à Theglathphalasar essent imminutæ, et tot Assyriorum victoriis vehementer afflictæ, ut facile illum subjungere poterit, et regnum sibi reddere vectigale. Hoc facile constat ex litterâ. Sed illud dubium, an qui hoc loco nominatur Salmanasar, idem sit qui nuper Theglathphalasar vocatus est, quâ de regimus supra, cap. 15, vers. 29, ubi ostendimus non videri improbabile hunc Assyriorum regem esse binominem, et vocari Salmanasar et Theglathphalasar. (1)

l'enlèvement de ces fameuses idoles, à qui ils avaient offert de l'encens jusqu'alors, que d'un vrai respect pour leur Seigneur et leur Dieu. C'est ce qui semble nous donner lieu d'être moins surpris lorsque nous voyons que, sous un prince à qui l'Écriture rend ce témoignage, qu'il n'égalait pas en impiété ses prédécesseurs, et dans un temps où une partie d'Israël paraissait vouloir rétablir la véritable religion, Dieu punit son peuple par le plus grand de tous les fléaux, le livrant entièrement entre les mains des Assyriens, pour être enlevé d'un pays heureux et fertile, qu'il avait promis à leurs pères, et destiné pour leur patrie.

Toute la suite de ce chapitre nous représente non seulement cette triste captivité du roi et du peuple d'Israël, mais encore les raisons pour lesquelles le Seigneur en usa ainsi envers ceux qu'il avait choisis pour son peuple. Car, quoique les crimes des Israélites fussent montés jusqu'au ciel, et qu'il semblât que toute la terre se dût élever contre des hommes si insolents et si ingrats, qui avaient foulé aux pieds toutes les grâces de leur bienfaiteur tout-puissant, Dieu, néanmoins, est si bon, qu'il veut bien se rabaisser à rendre raison à ses créatures de la justice de sa conduite, et comme s'il eût été obligé en quelque sorte de se justifier devant tous les peuples de la terre, lorsqu'il exposait son peuple à une si dure captivité, il en explique au long les motifs, comme nous le verrons dans les versets suivants.

(Sacy.)

(1) VERS 5. — CONTRA HUNC ASCENDIT SALMANASAR. Secondo Osee anno, post undevi-

VERS 4. — CONQUE DEPREHENDISSET REX ASSYRIORUM OSEE, QUOD REBELLARE NITENS MISESET NENTIOS AD SUA REGEM ÆGYPTI, etc. Pensavit Osee aliquot annis tributum, quod ex pacto debuit Assyriorum regi. Quod cum grave existimaret sibi et populo, id tacite meditatum ut servitutem illam ignominiosam et duram quam primum exenteret: quod cum suis viribus perficere se posse desperaret, ascivit alienas, egitque cum Ægyptio rege Suâ sibi ut ad rem utique gloriosam et utilem, quàm maximum posset præberet auxilium. Quod Assyriorum regem latere non potuit. Quare ab illo temeratae fidei et violati fœderis pœnas exigere constituit. Quod ita fecit obstinato animo, et eventu felici, ut pervagatus fuerit Israeliticis fines prædandus, illosque non tam passibus quam victoriis lustraverit. Tandem cum regni caput Samariam obsidisset, triennio obsidionis exacto, civitatem cepit, et quotquot supererant Israelitici nominis reliquias ad Assyrios transtulit, et hic finitum est regnum tam ante numerosum et nobile, quod nonnisi sub alieno capite et nomine ab exilio rediit; quod cum audisset ab aliis antea prophetis, et gravior ac latè ab Osee proximè, cap. 10, ubi nos eâ de re pluribus, tamen neque respicit, neque de meliori consilio acervi cogitavit. Postquam exacto triennio capta est civitas, rex etiam ipse captus fuit et vinculis addictus:

ginti regni sui annos, Theglathphalasar vel Ninos junior, obierat. Huic succedens Salmanasar, elapso anno movit in Osee, cujus regnum tributarium effectum fuerat regibus Assyriae jam ante duodecim annos, postquam Theglathphalasar appellatus annos, postquam ut suppetias sibi laturus veniret. Invisum jugum excutere tentans Osee, foedus composuerat cum Suâ, rege Ægypti; quod ut rescivit Salmanasar, Osee regnum invadens, exercitum admoveit ad Samariam obsidionem, quâ post triennem obsidionem capta, Israelitas, quos Theglathphalasar pater suos reliquerat, transtulit in Assyriam.

Nomen Salmanasari servabatur in tabulariis Tyrionum usque ad aetatem Josephi; et in fragmento Iulii Epiphani apud eundem legitur, quemdam Assyriae regem quem Josephus ipsissimum credit Salmanasarum, bellum intulisse in totam Phœniciam; additque reliquias urbes secessisse à Tyro, ut Assyrii sese delecerent; Tyrum solam restitisse viribus hostium omnibus simul junctis, et quinque annis obsidionis parem se præbuisse. Osee propheta Saiman appellat eum, qui vulgò noscitur sub nomine Salmanasari; ita enim textus Hebraeus capituli 10, 14, ejusdem prophetae: *Vastabuntur, sicut vastavi Saiman domum Abel in die prelii, matre super filios allidâ. Textus Græcus libri Tobiae pro Salmanasaro Eneassarum appellat* (Calmet.)

nam licet paulò ante, vers. 4, in vincula dicitur esse conjectus, id tamen dictum est per prolepsin, quæ sæpè ante suum tempus narrationem anticipat. Abulens. quæst. 5, illum qui eo versu 4 vinculus dicitur in carcerem missus, regem Ægypti fuisse credit, quocum bellum gessit Assyrius, quia opem Israelitis afferre voluit. Sed superior explicatio magis obvia et minus impedita. (1)

VERS 7. — FACTUM EST ENIM CUM PECCASSET FILII ISRAEL DOMINO (2). Tam gravem miserantiam

(1) VERS. 6. — ANNO NONO OSEE....., TRANSTULIT ISRAEL IN ASSYRIOS, POSUITQUE EOS IN HALA. Regum Assyriorum politica docebat, ut transmigrationes hæc devicturum gentium alterius in alterum locum imperarent, ut scilicet defectionis causas omnes tollerent, fractis vinculis quibus forte cum regione suâ vicinisque gentibus conjungebantur. Axioma hoc fuisse videtur regibus Assyriae et Chaldeis sanctissimum. Utraque prophetarum pagina exhibet minas, non in Judeos motò, sed in vicinas etiam gentes, eos scilicet in captivitate et in regiones dissitas atque ignotas abducendos. Is fuit exitus regni Israelitici post periodum 254 annorum, ab obitu Salomonis et schismate Jeroboami, ad usque captam Samariam sub rege Osee, et reliquias decem tribuum trans Bosphorum abductas. In reliquis hæc capitæ epilogum exhibet Scriptura criminum Israelitarum, quorum merito in extremam illam calamitatem abducti sunt. (Calmet.)

(2) Les enfants d'Israël péchaient contre leur Seigneur et leur Dieu depuis long-temps, lui qui les avait tirés de l'Égypte, et délivrés de la main de Pharaon, roi d'Égypte, et ils adoraient des dieux étrangers. Ils se conduisaient selon les coutumes des nations que le Seigneur avait exterminées, etc. Il s'agit d'avoir la foi pour être très-persuadé de la justice des jugemens du vrai Dieu, qui est lui-même la souveraine justice. Mais on ne peut lire tout ce que Dieu dit dans la suite de ce chapitre, sans être touché pour le moins autant de l'exemple d'une patience si divine à l'égard d'un peuple si infidèle, que de l'équité des châtimens dont il se servit pour le piquer salutairement d'un saint repentir, et le faire revenir à lui. Qu'on lise donc avec quelque attention les justes reproches que le Seigneur d'Israël fait à son peuple, et Pon s'écriera sans doute avec S. Augustin: O que votre patience est grande, Seigneur! O magna patientia tua, Domine! Que votre miséricorde et votre bonté sont infinies! Misericors et miserator, et multum misericors! On dira encore avec ce grand saint que si Dieu épargne souvent les plus scélérats, en leur accordant la santé avec la vie, et que s'il s'est montré patient à l'égard de ceux là mêmes dont il savait que la plupart ne devaient point revenir à lui par la pénitence, nous sommes nous autres sans comparaison plus obligés d'user de miséricorde envers ceux qui nous promettent de se corriger, ne connaissant pas et ne pouvant pas connaître s'ils feront ce qu'ils promettent. *Quòd si iniquis et sceleratis ille parcendo, eisque*

damque ruinam necesse fuit, ut causa etiam gravis antecesserit, quæ tam firmam rempublicam concutere, ac tandem concvellere et labefactare potuit. Illam nunc adducit sacer historicus ab hoc vers. 7 usque ad versum 24. Recensentur autem totæ hoc tractu peccata gravissima, quæ populus ille, ex quo Dei populus esse cepit certo notoque caractere consignatus, officiis cumlatus innumeris admisit. Quæ licet ex suo genere gravia non forent, tam eùm tot antecesserit beneficia, tam illustra paternæ humanitatis argumenta, quorum oblivisci non debuissent, digna videbantur quæ Dominus tam acerbo casu ac vulnere multaret. Hæc porrò, quæ hic commemorantur scelerum subtempe largiendo, etiam plerisque eorum quos novit non acturos patientiam, tamen exhibet patientiam, quæ magis nos in eos qui correctionem promittunt, et utrim faciant quod promittunt incerti sumus, misericordesse debemus?

Mais nous pouvons dire ici davantage que Dieu, lors même qu'il punissait Israël temporellement par ces fléaux si redoutables de la ruine de son pays et d'une honteuse captivité, exerçait encore envers lui une patience vraiment divine, puisqu'en faisant remarquer à ce peuple ingrat, comme il fait ici, les grandes grâces qu'il avait reçues, et l'horrible infidélité dont il les avait payées, il l'avertissait en même temps que le seul moyen qui lui restait de sortir de cet état, étoit d'avoir en horreur leur vie criminelle, de reconnaître et la puissance et la vérité de celui qui les avait menacés de tous ces malheurs par la bouche de ses prophètes, comme il le dit en ce lieu, et d'implorer la clémence souveraine de ce Seigneur, qui, ayant pu les exterminer entièrement pour leurs crimes, leur donnoit encore le temps de revenir à leur Dieu, qui étoit seul tout-puissant pour les délivrer de nouveaux des mains de leurs ennemis, comme il l'avait fait la première fois, en les retirant si hautement de la dure servitude de l'Égypte. Mais leur dureté inflexible mérita que Dieu les abandonnât. Et comme le marque un prophète, la maison d'Israël étoit tombee, ne put plus se rétablir. Ce qui veut dire à la lettre, selon saint Jérôme, que les dix tribus qui portaient le nom d'Israël, ayant été emmenées captives, ne retourneront jamais en leur pays, et ne formeront plus depuis un corps de république, ceux qui purent s'échapper s'étant mêlés avec la tribu de Juda.

Saint Augustin nous fait remarquer dans son livre de la Cité de Dieu, que cette captivité d'Israël arriva vers le même temps de l'établissement de l'empire des Romains, et nous donne lieu par là de faire une autre réflexion sur l'antiquité de la religion des Juifs, à l'égard de celle de ces maîtres de l'univers, qui ont précedé depuis avoir droit d'assujétir à la nouveauté de leurs superstitions une religion aussi ancienne et aussi auguste qu'étoit celle de ce peuple, qui adorait depuis si long-temps le vrai Dieu. (Sacy.)

lera, obscuri non sunt, et in Scripturâ sacrâ sæpius repetita; quare interpretis operâ non egent, neque ego in illis immorator diu, sed tantum adducam quæ minis videri possunt aliis explorata.

COLERUNT DEOS ALIENOS. Hoc præcipit Dominus reprehendit tum hoc capite, tum alibi sæpè per prophetas dolenter et durè. Quàm facile in hanc et illam religionem deflectat versatile Hebræorum ingenium, quàm leviter in acceptâ religione nutet, ab eo tempore, quo durum Ægyptiorum jugum ex suis cervicibus excussit, nemo nescit.

VERS. 8. — ET REGUM ISRAEL, QUIA SIMILITER Fecerant. In numero gentium ipsi quocumque censentur reges Israel, qui aureos conflârunt, colueruntque vitulos et alias idolorum sordes, et ritus sacrificiorum peregrinos induxerunt. Quos imitati sunt populares alii, qui regum illorum imperio suberant, qui non minus peccare graviter, reges suos quàm alienos et barbaros imitati. Atque ideò similiter fecisse dicuntur, id est, non minus à vero Dei cultu quàm alios recessisse; quorum vestigia sunt secuti ex regibus Juda non pauci, qui eam ob rem, ut dicemus postea, et seipsum, et suam republicam perdidit.

VERS. 9. — EDIFICAVERUNT SIBI EXCELSA IN CUNCTIS URIBUS SUIs A TERRE CUSTODUM USQUE AD CIVITATEM MUNITAM. Quid sit turris et castellum in re sylvestri ac rusticâ, diximus cap. 16, ubi ex lib. 2 Paral. cap. 26, vers. 10, dicitur Ozias extruxisse turres in solitudine, ad quas pastores et agricolæ haberent paratum et familiare perfolium. Sunt itaque turres et castella rusticæ villæ inornatæ, ut exigit illarum usus, et ab omni munitione nudæ. Quare civitatibus munitis atque frequentibus opponuntur. Quidam turres custodum illas esse putant, in quibus excubare solent homines, qui latè circumjectas regiones speculantur, quæ speculæ dicuntur ut turres speculatiore; sed placet magis quod diximus. Ex quo proverbiali specie, cum omne habitatorium genus completi volumus, turres custodum cum civitatibus munitis conjungimus, ut statim capite 18, v. 8. Erit ergo sensus, ubique locorum inveniri simulacrorum aras, impura sacrificia, neque ullum esse locum tam solitariam et apertum, aut tam frequentem aut clausum, quem non opleverit idolorum foeda et execranda prolivies. (1)

(1) VERS. 10. — STATUAS ET LECOS. Hebræus: Statuas et Astaroth, vel Asirim, simulacra

VERS. 13. — ET TESTIFICATUS EST DOMINUS IN ISRAEL ET IN JUDA, PER MANUS OMNIUM PROPRIETARIUM. Testificari non est quocumque modo denuntiare, aut edicere alteri, quid factum esse velis, sed publicâ formâ, adhibitis testibus, quos postea advocare posset, qui legem scripsit contra eos quos violatæ legis aut fœderis reos accusare voluerit. Quomodò fecit Deus Isai. cap. 8 et cap. 1; Deut. cap. 32. Denique propheta publicè loquebantur, spectante populo, qui Dei nomine aut minabantur dura, aut jucunda et grandia promittebant. Hæc autem testimoniationes vocari poterunt, et ille præcipit, quæ sunt Levit. cap. 26; et Deut. cap. 28, ubi postquam proposita fuerunt à Domino mandata, commoda promittuntur ingenita et dira supplicia. (4)

VERS. 18. — ET NON REMANSIT NISI TRIBUS JUDA TANTUMMODÒ. Ex decem tribus nulla reliqua fuit in terrâ promissionis: omnes enim variis Assyriorum irruptionibus in alienum solum abactæ sunt. Illud videtur hic difficile, cur tribus etiam Benjamin relicta fuerit, quæ semper adhererat familiæ Davidicæ, cur modò tribus Juda tantummodò relicta dicitur ab Assyris. Huic difficultati satis, opinor, feremus lib. 5, cap. 12, vers. 18, ad illud: Tribum unam dabo filio tuo; inde pete. (2)

nempe deâ Astartes, seu Veneris, cujus religione sacri erant luci.

(1) VERS. 15. — ADIFICAVERUNT. . . . TESTIFICATIO- NES, QUIBUS CONSTATUS EST EOS. Expositiones suas in illos, vel quicquid, colunt et terram testatus, denuntiandum illis curaverat, vel denique præcepta omnia quæ illis tradiderat. Leges et præcepta appellatur sæpè in Scripturâ testimoniationes, sive quod leges ceremoniales reverâ aliquid significant, sicutque loco testimonii magnorum quorundam eventuum, ut Sabbatum, creationis; Pascha, exitus ab Ægypto; Pentecoste, legis in Sinai rogatæ; sive quod leges datæ sint solemnî illo apparatu quo solet pactum aliquod et fœdus sancti, quod nunquam sine præsentibus testimoniis et absque oblationibus celebratur.

VERS. 16. — INVENIAM MILITIAM CÆLI. Astra omnia, quibus sol, cum rex præest, Iuda regnum exhibet, stelle, milites, vel exercitum. Hæc phrasîs est Scripturæ per familiaris.

VERS. 17. — TRADIDERUNT SE ET FACERENT MALEM, VELUT MANCIPIA QUÆ SE PECCATO VENDUNT, VEL SERVOS QUI CONDUCI SE PATIUNTUR IN MALUM. Persimiles phrasæ sæpè aliis licuit animadvertere. (Calmet.)

(2) VERS. 20. — PROJECITQUE DOMINUS OMNE SEMEN ISRAEL. scilicet tam decem tribuum, quàm tribus Juda, de quâ sermo præcessit donec PROJECERIT EOS A FACIE SUA, id est, donec plenè et irrevocabiliter eos à se abjecerit. Notent hic Judæi, scilicet se planè à Deo abjectos et projectos esse, ut suæ gentis è capti-

VERS. 24. — ADDUXIT AUTEM REX ASSYRIORUM DE BASTONE, ET DE CUTHA (1). Non passus est Salmanasar regionem illam spatiosam et ubere ablato procul cultore sylvescere, unde

vitæ, quam per 1800 annos patiuntur, liberationem, et Synagogæ restitutionem sperare non debeant, sed cæteris gentibus immixti et permixti, cum eis in Christum credere debeant, si à servitute tam temporali quàm æternâ liberari velint. (Corn. à Lap.)

(1) Unde colonis in Samarum missa, Cuthæorum nomen obtinuit, quod facile Cuthæis abundaret. Animadvertimus, Cuth, vel Cutham, vel Seytham idem esse ac Chusch vel Cuscham. Sch Chaldaicè vertitur in Th; ex Assur et Assyriâ factum est Athyr vel Athur, et Athyria vel Athuria. Veteres Seythæ sedes habebant ad Araxem. Inter montes Mediæ noti sunt Gossæi. Ptolemæus in Susiânâ illos constituit.

AVAR. Avadios in Bactrianâ Ptolemæus collocat. Semiramidem venisse in Chæon, Mediæ provinciam, scribit Ctesias, cujus provinciam nomen pronuntiarî potest et Canah, vel Canaah. Sermo est apud Ammianum libro 25, de Hæc, et de duobus Assyriæ amnibus in Tigrin influentibus agit, quorum est nomen alterius quidem Diaba, alterius Abdiaba. Occurrit in verbis his nomen Ana conjunctum cum Avâ.

EMATH. Non una est urbs, cujus nomen ad Emath referatur; Emesa in Syriâ, Amasea in Cappadaciâ, Amidain ripâ occidentali Tigridis, ad radices montis Tauri; Amastris ad annem Parthenium. Nihil tamen prohibet, quin sermonem hic esse reputemus de Emath Syria urbe, apud Scripturam notissimâ. Hanc facile subegerant reges Assyriæ; cunctique cives alio transferendos ac dispergendos, quemadmodum ceteros Syriæ incolas, censuerunt. Theglathphalar Damascenos ac adiacentium regionum incolas traduxit in Iberiam et Albaniam; Salmanasar cives Emath migrare jussit in Samariam. Emath urbs erat ad Orontem. Iter erat quidem ex Oronte in Samariam longius quàm ut necesse esset, ut privarentur sedibus suis, qui ex Emath transferebantur in Palestinam.

SEPHARVAM. Docti quidam interpretes censent, tenuisse illos Syppheram, sive urbem Sypharorum ad Euphratem. Malimus tamen illos consistere in regione Saraparum, vel in montibus Saspiorum: id enim nos præiis dicit ad Mediam, quò translatos Israelitas è Scripturâ intelligimus. Verisimilimum est, ex hisdem locis acceptos fuisse perosque, qui in loca Samariæ Judæis vacua deducti sunt. Tradit Herodotus, Sasprios unicum esse gentem, quæ sedes habet inter Colchos et Medos; et Strabo Sarapas collocat in Armenia.

Ostent hic animadvertere juvat, diversum aliquid ab his, de quibus hic, legi in Esdrâ; agens enim ille de populis in Samariam missis à Magno Asenapha, qui idem est factus rex Asaraddon, addit: Rerum princeps consilii, et Samsai scriba, et reliqui consiliatores eorum. Dinei, Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Archæi, Babylonii, Susanechæi, Divei, et Elaitæ, et ceteri de gentibus quas transtulit Asa-

S. S. XI.

sperabat uberrima posse emolumenta colligi. Quare cum antiquos abstulisset incolas, qui terram illam exercebant, ex Assyris finibus novos induxit agricolas, qui versandis agris alendoque pecore, regio fisco, commodique servirent. Quanam sint civitates istæ, obscurum est, neque admodum refert illud hic explorari diligentius. Satis sit nosse ex illis esse regionibus, quæ Assyrio aut antea dudum, aut nunc recens subactæ, parebant imperio, quales sunt Emath, Ava et Sefarvaim, quæ non multò antea in Assyriorum potestatem venerunt, de quibus statim e. 18, v. 34. Quid enim rex non omnino stolidus regiones illas his committeret iniquis, aut civibus, à quibus, utpote alienis, sperare non posset fidei servitium?

VERS. 25. — CENOVÆ IDEI HABITARE COEPISSENT, NON TIMEBANT DOMINUM: ET IMMISSIT IN EOS DOMINUS LEONES (1). Cum ex variis locis novi adve-

phar, et habitare fecit in urbibus Samariæ. Dinei ipsi sunt faciliè incolæ Banaes vel Daganæ in Cappadaciâ, seu potius Danaçes in Perside, cujus urbis meminit Ovidius de Arte lib. 1:

Urbs in Achemenia vallibus illa fuit. Apharsathachæi, incolæ Paratacenes in Perside. Sunt qui illos statuunt in Mediâ, ubi Persosgethæ.

Tarphæi, vel Terphalæi à nonnullis redduntur Tripolitani in Syriâ, ab aliis Terri.

Apharsæi sunt Persæ. Archæi faciliè sunt Arcei in tertâ Armenia. Occurrit etiam Arca in Comagenâ. Erech vel Arach urbs est inter vetustissimas orbis, à Nemrodo condita in Susiânâ.

Babylonii, gens notissima.

Susanechæi, Susarum, urbis Susianæ metropolis, incolæ.

Dinei נְדִי, faciliè דִּינִי incolæ Hæc, de quâ hic in v. 24, vel fortè gens sita ad annem Diabam.

Elaitæ notiores sunt quam ut in illis innotuerunt. (Calmet.)

(1) Les critiques, dit Voltaire, demandent pourquoi Dieu n'envoya pas des lions pour dévorer Salmanasar et son armée, au lieu de faire manger par ces animaux ces émigrants innocents qui venaient cultiver une terre inculte devenue déserte? La réponse est aisée: les dix tribus, opiniâtremment schismatisées très-fréquemment idolâtres, méritaient de la part du ciel un châtiement temporel et éclatant selon l'économie de la loi mosaïque et les menaces attachées à la violation de cette loi; les rois d'Assyrie devaient en être l'instrument, selon les prédictions des prophètes; mais le vrai Dieu voulait en même temps faire sentir aux nations idolâtres qu'il était toujours le maître de cette terre qu'il leur avait livrée pour un temps; qu'il la regardait toujours comme le lieu qu'il avait choisi pour y conserver son culte jusqu'au jour où toutes les nations devaient être appelées à le connaître et à l'adorer, chacune dans sa contrée.

que leviter habitatores illi novi peccarunt, (1) nissim accola, suosque secum deos attulissent, novas quoque in fines, quos sibi Dominus elegerat, religiones invexerunt : novas ritus, nova sacrificia, quæ Dominus eo in loco quodam modo sibi destinato fieri non permisit. Atque idè sua hereditatis vindicæ leones immisit, qui punirent scelus illud sacrilegum, et possessionem illam antiquam in divinâ potestate relinere. Quod ubi primum cognovit rex ille, à quo alieni illi viri, qui Israelitarum domos occuparant, missi fuerant, didicisse illorum eadem idè contigisse, quia illi novi habitatores ignorabant quid ab illis exigeret illius religio antiqua, misit sacerdotes, è captivorum grege, qui illos docerent et sacrorum ritus, et leges quas Dominus illius regionis incolis jam ante præscriperat. Missus est ergo sacerdos, è captivorum numero, qui licet, ut non improbiabiliter opinatur Lira et Abulens, q. 16 et 17, ex eorum esset numero atque ordine, qui electi prius fuerunt à Jeroboam, ut sacrificalem operam vitulis impenderent, verum tamen et religiosum ritum docuit, quo sanctè Hebræorum Deus colebatur. A quo licet ille toto vite tempore abstinisset, quia neque erat è sacerdotali familiâ, neque tali ritibus ritu operatus fuerat, quali Deo vero sacerdotes religioso ritu operari docentur, tamen quæ legem noverat, et ex eâ didicerat quonam modo colendus esset Deus, et tractanda sacra, facillè quod nunquam ipse fecisset antea, alios docere potuit. Sed, ut opinor, imperfectè, quod apparet ex eo quòd statim in sacrè operando neque rarè, ne-

« On reste stupéfait quand on voit qu' aussitôt que cette nouvelle peuplade fut instruite du culte d'Adonai, elle adora une foule de dieux asiatiques inconnus, et qu'on brûla des enfants aux autels des dieux étrangers. » S'il y a lieu d'être stupéfait, c'est d'entendre le critique avancer que cette peuplade composée de Babyloniens, de Cuthéens, etc., n'adorait point les dieux de Babylone et de Cutha, lorsqu'elle sortit de sa terre natale et qu'elle ne commença à leur offrir des sacrifices barbares, tant de fois réprouvés par la loi de Moïse et par les autres livres des Israélites, que lorsque, transplantée dans le pays de Samarie, elle reçut quelque instruction touchant le Dieu des Hébreux. Qu'il lise sa condamnation dans le texte qu'il tronque et qu'il travestit à son ordinaire. Ces peuples adorèrent Adonai, et servaient aussi leurs dieux, selon la coutume des nations transplantées en Samarie, c'est-à-dire qu'au culte des idoles qu'ils servaient lorsqu'ils habitaient Babylone et Cutha, Emath, Sepharvaïm, et qu'ils continuèrent d'adorer quand ils furent transplantés dans le pays de Samarie, ils voulurent joindre celui du Dieu d'Israël, dont on leur donna quelque notion. (Duclot.)

que leviter habitatores illi novi peccarunt, (1)

VERS. 29. — UNAQUEQUE GENS FABRICATA EST DEUM SUUM, POSUERUNTQUE EOS IN FANIS EXCELSIS. Dedicarunt, opinor, sacrificandi ritum, per-

(1) VERS. 26. — IGNORANT LEGITIMAM DEI FERRE. Id sibi persuaserant idololatras, singulis regionibus suum esse peculiare nomen; neque illi plures deos, neque plurimum deorum cultum esse non posse censebant, dum suis singulis impenditur. Juxta vanam hanc persuasionem philosophati, exposuerunt regi Assyriæ, venerationis hujusmodi causam nullam aliam indagari oportere, quam quòd cultus Dei ejus regionis ignoraretur; eademque doctrinâ inibi alienigenæ, qui Samariam incolendam venerant, cultum Domini cum vetustè numinum suorum religione spontè admiserunt.

Ceterùm non prius hæc contigisse scimus, quam post adventum Cuthæorum in Samariam. Docet Esdras, Asarhaddonem, Sennacheribii successorem, misisse sacerdotem, qui cultus Domini ritus is gentibus tradidit. Unâ autem historiarum serie refert hic Scriptura quocumque pertinent ad hanc coloniam, ne narrationis ordinem interrompat. (Calmet.)

VERS. 27. — DICITE ILLIS USQUE DE SACERDOTIBUS, QUOS IUDÆ CAPTIVOS ABduxerunt, ET VADAT, etc. Hebræis, Chaldæis, et Septuaginta; *Dedecite quemdam de sacerdotibus.... et eant, et sedent ibi.* Missi sunt facillè plures quam unus; sed unus cæteris auctoritate et dignitate præerat, qui cæteros per varia regionis loca distribuit. Samariâ autem à Salmasar eversa, hic sacerdos sedem fixit in Bethel, loco totâ antiquitate venerabili, post ostensam per visum Jacobo scalam que è celo in terram porrigebatur. Quis vero sacerdos iste in Syriam missus? Non utique sacerdos è tribu Levi, neque è ministris templi Hierosolymitani; nulli enim legitimus, Thegathaphasarum, Salmasasarum, Sennacheribum, Asarhaddonem captivos aliquos è thione Juda egisse, nisi tantum excipias regem Manasse, qui sub Asarhadone deductus est Babylonem. Facillè igitur Levita aliquis reputandus est, qui cum in regno Israël consideret, eandem cum cæteris captivitatem subierit. Vel fortè sacerdos erat vitulorum auroorum, qui docere gentes illas aggressus est Dei cultum, sed nimis sanctum purumque; neque enim Cuthæi pristinam idololatram abjicerent. Esdras appellat S. Epiphanius, hæresis 9, sacerdotem in Samariam missum. Alti è Lun. Sicut qui deos venisse censeant, Eliezorum et Dositheum, qui postremus notissimus est filius Jazrai, quoniam S. Hieronymus patrem Sadracorum simulque principem Samaritanorum facit, qui gentiles suos docuit prophetarum scripta rejicere. Sed constat, Dositheum hunc, de quo S. Hieronymus, multò recentiore esse quam sacerdotem ab Asarhadone destinatum ad docendos cultum Domini Cuthæos.

Hæc sunt igitur genuina exordia Samaritanorum, vel Cuthæorum, de quibus interdum in Scripturâ. Mixtio erant plurimum gentium, quæ aliunde ad frequentandam Samariam venere. Temerè illi et numeribz genus suum repetunt è patriarchis; *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, aiebant ad Christum Samari-*

egrini illi populi, non temen Deum, cui impendi debuit, aut agnovère, aut, cum agnovissent, amplexi sunt ex animo ac serè. Sed qui libet suos in Israelitarum solum intulit deos.

tana : hinc in periculosis quibusdam rerum articulis, cum Judæi lacerarentur, veram illi tunc originem suam urgebant, alique prædicabant nihil habere se cum Judæis, à quibus longè diversam originem traherent. Missus è sacerdos, tradidit illis scripta Moysis, quæ adhuc retinebant, vetustis Hebræis vel Phœnicis characteribus descripta. Cum enim litteræ illæ genuinæ essent regionis quam incolabant, retinendas illas censuerunt, uti facillè et vernaculum vicinarum gentium sermonem, ob commercii facilitatem. Contraria omnia Judæis acciderunt; cum enim vernaculum Chaldæorum sermonem didicissent, et Chaldæicè scribendi rationi per captivitatem Babylonicam assuevisset, immutarunt sensim veteres characteres librorum suorum Hebræicos, Chaldæicis substituitis : hinc scriptio discrimen later Pentateuchum Samaritanum et Judæicum.

Accusantur, nec temerè, Samaritani, quòd non obsequentes librorum sacrorum Mosiacorum religioni, temerarius illis manus alicubi immiserint. Animadvertitur enim in illis affectatio quædam pro sacro illorum monte Garizim, ubi templum stetit jam inde ante captivitatem contendunt. Legimus in eorum Chronico, Abdiam, summum pontificem Israelitarum, captivum unâ cum cæteris Niniven sub Salmasasar translatum, è tulisse volumen legis illud, quod hodie usque retinet, et quomodo condidisse sub monte Garizim vasa sacra ejus templi, quod verticè illius montis insidebat. Sed inter viros doctissimos convenit, templum hoc excitatum fuisse primum à Sanabalat, pro Manasse genero suo, sub Alexandro Magno. Nullum adhuc stabat ætate Esdræ et Nehemæ; maximè enim sollicitudine teneri se demonstrant, ut admittantur in partem templi Hierosolymitani. Adde si quod templum possedissent Samarie vel alibi, an sacerdos missus ab Asarhadone sedem suam in Bethel constituisset? Viri quidam docti censent ante constructum templum Garizim, Samaritanos nulla habuisse Moysi volumina, nullamque aliam normam cultus Domini impendendi adhibuisse, quam veterè decentis sacerdotis, que mentibus per traditionem impressa conservabatur. (Calmet.)

Voltaire a prétendu que le prêtre hébreu envoyé par Assaraddon, successeur de Salmasasar, aux nouveaux habitants de Samarie, était le véritable et premier auteur du Pentateuque. Nous ne relèverons pas les contradictions pépétuelles dans lesquelles ce critique tombe à ce sujet; nous nous bornerons à montrer directement que ce système du Pentateuque fabriqué en Chaldée, par un prêtre schismatique des dix tribus, pour l'usage des Cuthéens transférés à Samarie, et en même temps reçu et adopté à Jérusalem par le roi, le pontife et toute la nation des Juifs, est une chimère des plus absurdes qui aient jamais pu entrer dans une tête humaine.

Ce prêtre, prétendu fabricateur du Penta-

Et licet eo uteretur quisque adorandæ aut sacrificandi genere, quod sacerdos à rege missus docuisset, tamen in eo peccabatur,

leuque, était un prêtre des dix tribus, attaché par conséquent au schisme de Jéroboam, au culte de ses veaux d'or; en effet, les Cuthéens ses disciples continuèrent le schisme établi par les dix tribus, auxquelles ils succédèrent; ce prêtre n'était ni de la tribu de Lévi ni de la famille d'Aaron; car Jéroboam fut obligé de charger des fonctions du sacerdoce des hommes du commun et indistinctement quiconque voulait les accepter, tous les lévites et tous les prêtres étant demeurés constamment attachés au culte de Jérusalem. Or, nous le demandons, un prêtre partisan du culte du veau d'or aurait-il fabriqué un livre dans lequel l'adoration du veau d'or est représentée comme une abomination digne du châtiment le plus sévère? C'est cependant ce qu'on trouve dans l'Exode. Un prêtre qui n'était ni de la famille d'Aaron ni de la tribu de Lévi, aurait-il fabriqué un livre dans lequel l'entreprise de Coré, Dathan et Abiron, est traitée d'attentat que Dieu punit par des miracles? C'est cependant ce qu'on lit dans le livre des Nombres. Un partisan du culte de Samarie, dans lequel on ne fit aucun usage de l'arche d'alliance, aurait-il fabriqué un livre dans lequel cette arche est représentée comme le trône de la majesté divine et le monument essentiel du culte des Hébreux? C'est cependant l'idée que les livres de Moïse nous en donnent en une infinité d'endroits, et tous ces traits se trouvent dans le Pentateuque Samaritain comme dans celui des Hébreux. Enfin si ce prêtre eût fabriqué cet ouvrage pour les nouveaux colons envoyés de de-là l'Euphrate à Samarie, ne l'aurait-il pas fabriqué en leur langue et écrit en caractères qui leur fussent familiers; c'est-à-dire en langue chaldéenne et en caractères chaldéens? Cependant le Pentateuque samaritain est en langue hébraïque et en caractères phéniciens.

Mais, dit Voltaire, ce prêtre n'avait pas eu le temps d'apprendre le chaldéen. Quoi! Assaraddon, l'un des successeurs de Salmasasar qui avait détruit Samarie, aurait envoyé pour instruire ses Cuthéens quelqu'un qui n'aurait pas su leur langue? Il y a eu cinquante-huit ans d'intervalle entre la première déportation des Israélites faite par Thégathaphasar et le commencement du règne d'Assaraddon. La destruction de Samarie par Salmasasar est antérieure de huit ans à ce même règne d'Assaraddon. N'y a-t-il pas assez de temps pour apprendre la langue du pays dans lequel on est transplanté? Mais ajouterez à ces insoutenables paradoxes qu'un prétendu livre, à peine sorti des mains d'un prêtre des veaux d'or, et fabriqué pour des Cuthéens idolâtres pour en faire des partisans du schisme de Jéroboam, aura été aussitôt accueilli à Jérusalem, reconnu aussitôt pour la loi civile et religieuse de l'état; qu'en conséquence le roi aura réformé le culte, grâce à un livre tout récemment fabriqué en Chaldée; admettre de pareils absurdités, nous soutenons que c'est le comble de l'aveuglement et du délire.

(Duclot.)

quia diis cultus ille impendebatur alienis, et cum vero Deo alii etiam colebantur falsi, quibus gens illa à teneris annis assueverat. Quare multarum religionum voluerunt esse participes, aut, si recitè rem mediteris, omnium expertes. (4)

(4) VERS. 50. — VIRI BABYLONI Fecerunt Sochothbenoth. Hebraum סוֹכוֹת בְּנוֹת Sochoth-Benoth sonat tentoria puellarum; designari autem in Scripturâ hic creditur, loca illa institutionis, quam semel in honorem Mylittæ puellæ Babylonici exercebant. Eusebius, in libro de Locis Hebraicis, censet Sochothbenoth, Asima, Nergel, etc., nomina esse urbium; quas ex gentes in Palestinâ deducuntur: eandemque sententiam à se reprobari. S. Hieronymus in versione ejusdem operis à se adnotat, ne verbo quidem innuit. Sed aliis nomen Benoth Dei est, cui templa consecrarentur. Nec desunt qui nomen Veneris ex Benoth derivent. Rabini nomen Sochoth-Benoth interpretantur gallinam cum pullis. Quid verò illud rei est? Alii dictum accipiunt de gestatoris quibusdam adiculis, simulacra quædam earum continentibus. Denique putant aliqui voces originales designare constellationem illam, quam *Pleades* appellant. Sed frustra mentem subtilibus hisce torquemus; præstat enim retinere ea quæ ex Herodoto allata sunt. Nota est Ptolemæo in Africâ urbs *Sicca Veneris*, quam alii *Siccam* appellant, unde viri quidam docti deducendam sibi censent etymologiam *Sochothbenoth*. Vide Seldenum et Gerardum Joannem Vossium.

VIRI CUTILES Fecerunt Nergel. Erat Nergel, si Rabbini et interpretibus nonnullis fidem habeamus, dea quædam sub imagine gallinæ sylvestris culta. Designatum alii consentiunt perpetuum, cui in honorem solis divinos honores Persæ impendebant. S. Ambrosius, sive alter sub ejus nomine, qui in Epistolam ad Corinthios scripsit, tradit Samaritanos Persico more ignem colisse. Hebraum *Nergel*, ductum è נֶרְגֵל, seu נֶרְגֵל, lampas, et נֶרְגֵל, volvere, designare potest ad litteram lucem vel ignem scintillantem, qui vortice quodam volvitur. Celebrantur autem apud veteres templa, vel, si mavis, claustra Persarum, ubi detinebatur perpetuus ignis super altare in medio positum, multo cinere protectus. Nullâ non die Magi templa illa adibant, canebantque carmina quædam, manibus interim tenentes circum igne virgarum fasciculum. Caput habebant protectum laneo pileo, ad usque labia et genas descendente. Sermo est apud Jeremiam de Nergel præfecto ararii regis Nabuchodonosoris: et apud Berosum de *Nergilisor* vel *Nergel-isor*, qui interfecto *Evimerodacho* regnavit Babylone.

VIRI DE EMATH Fecerunt ASIMA. Numen hoc fingunt Rabbini, alii quidem hircum sine velere; alii simiam, alii agnum, alii satyrum, vel deum Pana poetarum. Casu illi quidem, Latina vox *simia* derivatur ex Græco *simos*, quod simus est Latiorum. Sed aliud est *simis* nomen apud Græcos. *Simos* apud Parthos genus est muris, cujus pelibus vestium interiora muniuntur. (Calmet.)

VERS. 52. — Fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotibus excelsorum, et ponebant eos in fanis sublimibus. Quemadmodum Jeroboam lib. 5 Reg. c. 12, v. 31, fecit fanâ in excelsis,

VERS. 51. — Hevæi fecerunt NERHAZ. Incolæ Avah appellantur hic Hevæi, quorum deum *Nehaz* canis figuram retulisse tradunt Judæi. Sed horum eâ de re argumentum unicum esse potest, quòd נֶחָז *Nehaz*, Hebraice est latrare. Hinc נֶחָז *Nehaz*, Porro ab Ægyptiis canes aris donatos esse notum est; *Opyda tota canem venerantur*. Notum est pariter, Anubim Ægyptium numen canino rictu præditum fuisse: *Omnigenique deum monstra, et latrator Ambia*. Vir quidam, qui Persidem peragravit, testatur se vidisse in Perside vetusta quædam idola, hircum vel satyrum exprimentia.

Veri speciem habet maximam, *Nehaz* derivari ex Nebo, celebri Babyloniorum numine, et ex Achaz, cepit, possedit. Hanc si sequamur etymologiam, nomen *Nehaz* verendum erit: *Oraculum possidens, Deus possessor et verum omnium Dominus*; vel, si didicerit ex Hebræo *Chasch*, vidit, *Nehaz* vertetur *Neh videns*, Deus qui omnia videt. Fatendum est, hæc omnia nihil majus esse quàm conjecturas; frustra tamen plus aliud in re obscurissimâ queras.

THARTHACH. Numen aliud Hevæorum, figurâ asini, inquit Judæi. Vox *Tharthach* תַּרְחַח Hebræum vocabulum non est; idemque designare numen ac *Nehaz*, Marshamus suspicatur.

An *Tharthach* idem est cum *Sar-Sak*? *Sar*, שָׂר, Hebraice est princeps; *Sak*, שָׂק, vel *Saca*, שָׂק, nomen erat principis, vel numinis, in Babylonia celebris. Nota sunt profanis festa *Saca*; quare *Tharthach*, juxta Chaldeam pronunciationem, erit *deus Sak*. Jeremias his meminit *Dei Sesach*, vel festorum *Sesach*. Porro festa hæc veteres quidam appellarunt *Sada*, vel *Sadak*, quod accedit propiis ad *Tharthach*. In relictatum Jeremias locum dedimus conjecturas nostras, ut *Sesach* ipsissimum fuisse solem, vel lunam, Apollinem vel Dianam, Borsippa in Babyloniâ cultam, probaremus.

QUI ERANT DE SEPHARVAIM, COMBUREBANT FILIOS SUOS IGNI, ADAMELECH ET ANAMELECH DIIS SEPHARVAIM. Si qua fides Hebræis, Adamelech simulacrum erat muli, vel pavonis; Anamelech equus, vel phasianus, vel coturnix. Apagæ Rabbini! Nomen *Adamelech*, quod est *rex magnificus*, exprimit non obscure solem; *Anamelech, rex pius et clemens*, lunam designat. Recurrit sæpe apud Strabonem *Anais*, vel *Anaia*, nomen deæ toto Oriente celebris, quæ ipsissima erat Diana, vel luna. Solemne autem fuisse constat Orientalibus, ut huic numini masculinum genus tribuerent, colerentque sub dei imagine. Credibile est igitur, regem Ana ipsissimum fuisse lunam. Quæ sese exhibet affinitas inter victimas oblatas huic numini, et Moloch deo Ammonitarum, ac Saturno deo Phœnicum, in eam persuasionem induxit plures, ut unum idemque numen existimarent. Sed hæc varietas sententiarum conciliatur, si Adamelech et Anamelech ad solem lunamque referamus. Vix aliud erat

et sacerdotes de extremis populi de filiis Levi, sic populi illi externi in regione illa, quam recentur adierant, fecerunt sibi de novissimis sacerdotes. Qui cum villa putarent esse ministeria, neque suos deos pro illorum meritis, magnum aliquid et venerabile judicarent, et verum Deum, ut ignorerent, ad diis patriis putarent esse similem, de sacerdotum splendore ac nobilitate non censebant esse laborandum. Quare de face populi sacerdotes assumunt, præponuntque fanis, locisque sublimibus, ubi more gentilico delubra viscebantur, et frequentes aras.

VERS. 54. — USQUE IN PRESENTEM DIEM MOREM SEQUUNTUR ANTIQUUM, NON TIMENT DOMINUM, NEQUE CUSTODIUNT CEREMONIAS EIUS (1). Conjunxerunt

Orientalibus numen, præter solem et lunam variis nominibus expressos. (Calmet.)

(1) Hebræus: *Facientes juxta mores suos pristinos, ipsi non timentes Dominum, nec facientes juxta decreta eorum, et juxta judicium eorum*. Pugnant inter se hæc verba, nisi referantur ad Israelitas, qui nec leges, nec ceremonias veterum regionis incolarum servant. Id autem duriusculum videtur, cum nullus gentis in altum sensum reddiderunt: *Ipsi faciebant juxta veteres mores suos. Ipsi timent, et ipsi faciunt secundum mores suos, et secundum legem suam, et secundum mandatum, quod mandavit Dominus filiis Jacob*. Unico federe duo hæc sociant, leges Dei ac veterum morum exercitium. In aliam viam divertunt Syriacum et Arabs: *Migraverunt Israelitæ de terrâ sud, eò quòd Dominum dereliquerunt, neque fecerunt secundum pactum judicium, legem, atque præceptum, quod præscripsit Dominus filiis Jacob*. Posteriores hanc interpretationem docti plures commentariorum scriptores sequuntur: constat autem ex lectione Hebræi versiculorum 52, 53 et 54, turbas aliquas in textu inesse; et versiculi 40 et 41 exigere videntur, ut versiculus 54 et sequentes exponantur de Israelitis extra regionem suam translatis: aliqui enim pugnant simul v. 54: *Usque in presentem diem morem sequuntur antiquum; non timent Dominum, et ea quæ leguntur in v. 41, de Cutheis: Fuerunt gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus et idolis suis servientes*. Pronum est autem, ut exprobraretur Hebræis, quòd pro veteri more pariter Dominum revereant: quis enim nesciat illos longâ habitudine moribus hisce inhæsisse? Vixissem autem minime congruum videbatur, vitio id vertere gentibus alienis, quæ nunquam antea Deum norant, quæque vix cognitum timebant ac colerunt, ut hic animadvertitur, cultu tamen minus puro, et à superstitione penitus non defæcto. Admissâ autem hæc interpretatio, reputandum erit, Israelitis decem tribuum in exilio à pristinis creditibus, non respiciunt, nec sapientiores redditis esse, quibus à Deo cæsi sunt, flagellis. Sub Esdrâ, quem non temerè horum librorum auctororum factus, Israelitarum perique tales erant in

novi hæ Samaritæ lucem cum tenebris, verum Deum cum falsis; et cum aliis legibus ac ceremoniis à parentibus essent instituti, et à primis annis assuefacti, quid verus præcepisset Deus non curabant, neque illam timebant, neque ceremoniis ejus atque judicis, tantum arbitrabantur esse ponderis, ut de illorum observatione laborarent.

VERS. 35. — NOLITE TIMERE DEOS ALIENOS. Ex hoc versu usque ad 40 ostenditur quæ Dominus præcepit suis, idque voluerit observari diligenter. Quorum hæc est summa quædam complexio, ut neque deos timeant, aut venerentur alienos, sed unum Deum colant, ament, observent, quæ cum obscura non sint, ea prudens lubensque prætereo. Hæc igitur contempserunt novi isti Samaritæ, cum eodem in terrâ Israelitidæ colerent deos, quos ante in patria, et quod ante soliti, hoc etiam modo diis sibi à primâ ætate familiaribus impendebant obsequium.

VERS. 41. — FILII EORUM ET NEPOTES, SICUT Fecerunt patres sui, ita faciunt usque in præsentem diem (1). Adhæsere posterii parentum Assyriâ, quales antea in regionibus suis fuerant. (Calmet.)

(1) *Ainsi ces peuples ont craint le Seigneur, mais ils ont servi en même temps les idoles; car leurs fils et leurs petits-fils font encore aujourd'hui ce qu'ont fait leurs pères. Ils ne craignaient pas le Seigneur, comme dit un savant théologien (Estius), par le motif d'une vraie foi, et par une persuasion intérieure que ce Dieu fût le Dieu véritable, le Dieu tout-puissant, le Dieu unique, le Dieu éternel, et le Seigneur souverain de toutes les créatures; puisque s'ils l'avaient véritablement regardé et adoré comme tel, ils n'eussent pas adoré en même temps plusieurs autres dieux. Mais ils le craignirent seulement comme le dieu du pays, et comme ayant le pouvoir de punir ceux qui ne l'adoraient pas dans cette terre. Ainsi ils mêlaient son culte avec celui des idoles, et ils devinrent comme les Israélites également adoreurs du vrai Dieu et des faux dieux. Ils ont figuré en cela même, non seulement ces adorateurs enfants d'Israël, que le roi des Assyriens emmena captifs, mais encore beaucoup d'enfants de l'Eglise, qui prétendent mêler ensemble le service purement extérieur et judaïque qu'ils rendent à Dieu, avec le culte beaucoup plus sincère qu'ils rendent, si on l'ose dire, à autant d'idoles qu'ils ont de passions dominantes au fond de leur cœur. Ces faux Chrétiens ou ces vrais Samaritains imitent la conduite de ces peuples dont l'Écriture témoigne que chacun d'eux se forgeait son dieu, et le mettait dans la ville où il habitait. Il est vrai que pour le corps de la religion, ils ne violent point par aucun acte d'idolâtrie, ne donnant pas de l'encens à des idoles inanimées, comme autrefois ces anciens peuples. Mais on peut dire que du Dieu même de tout*

vestigiis ad tempus usque in quo hæc scripta sunt, et ita verum Hebræorum Deum suscepere, ut patrios non abjecerint. Quod servaverunt, opinor, usque ad Evangelii tempus, quando celesti illustrati lumine sniori cogitârunt. Hæc de toto capite; sed quia ex illo multa deducuntur, quæ valde ad Samaritanorum mores et instituta pertinent, quorum nomen in novo Testamento frequens, idè de illis aliquid explicatius afferamus necesse est. Ad quam rem non parùm nobis lucis atque materię præbebit Epiphanius in hæresi Samaritanorum, quæ est 9; Abulens. hic q. 24; Toletus et Pereira, uterque in cap. 4 Joannis.

Qui sint Samaritani, quas illorum conditio et institutum, unde translati fuerint, qui in Evangelio sæpè dicuntur Samaritani, vidimus nuper, qui à Cuthâ civitate, ex quo plures aut fortassè nobiliores in desertam illam civitatem confluerunt, Cuthæi vocati sunt; quæ compellatio ad longum postea tempus producta est. Sic sanè sæpè vocat Josephus. Acceperunt, ut vidimus, ab Israëlita sacerdote, ritus, et leges, quas in sacrificiis, legitimoque cultu servare debent, et ab aliis multis, ut opinor, qui lateverunt in montium latebris, quæ in eâ regione occurrunt frequentissima. Qui ubi deferbuit Assyriorum furor, in urbem redierunt, in quam à novis incolis admissos existimo non gravatè. Tunc autem illi et amore et studio eorum deorum, in quorum sacris à primis incunabulis parentùm disciplinâ atque exemplo fuerant instituti, illos non abjecere; et quia leonum adhuc et horrebant fremitum, l'univers qu'ils adorent, *chacun d'eux se forge un dieu à sa mode*; c'est-à-dire, que se le représentant tel qu'il leur plaît, le dépouillant en quelque façon de sa souveraine pureté et de sa divine justice, ils prétendent allier l'impureté de leur cœur et une conduite toute criminelle avec le service qu'ils lui rendent, et avec cette profession extérieure qu'ils font du Christianisme; comme si Dieu pouvait renoncer à cette justice et à cette pureté souverainement attachée à son essence, pour favoriser, ou au moins, pour ne pas punir leurs passions. Que si en considérant on de ce culte extérieur qu'ils lui rendent, à l'exemple de ces anciens peuples, il n'envoie plus de lions pour les dévorer, qu'ils sachent que ces passions mêmes qu'ils nourrissent volontairement au fond de leurs cœurs, sont comme autant de lions qui tuent et qui dévorent leurs âmes, et qu'ils sont intérieurement exposés en proie à la fureur des démons, qui sont comparés par le prince des Apôtres à ces bêtes si furieuses, et qui sont, comme il le dit, continuellement appliqués à observer et à dévorer les âmes qui n'opposent pas à leur fureur une foi vive.

(Sacy.)

et metuebant ungues, quorum vim magno suo malo toties erant experti, Hebræorum Deum amplexi sunt, à quo liberatum iri se credebant. Ex quâ sacrorum, deorumque confusione id consecuti sunt, ut neque omnino essent Israëlita, neque gentiles prorsus, sed monstrum quoddam ex variâ religionum admixtionè concretum. Ex quo fiebat, ut eodem censerentur ordine, in quo gentiles. Sanè Christus eodem numerabat loco, cum dicebat Apostolis Matth. 10: *In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis.*

Ex Scripturâ totâ quinque tantum libros legis amplectuntur, quia illos tantum agnoverant illi à quibus primum instituti sunt. Libros namque Regum, et qui scripti sunt à Davide, et Salomone filio, neque ipsa decem tribus, quæ ab urbe templo recesserunt, ad miserant, tum quia paulò ante discessionem scripti fuerant, nequedùm omnino evulgati, tum quia in Davidem et Salomonem filium durius animati, propter assidua bella, et à tempore discessionis intestinum odium. Prophetæ verò omnes aut scripserunt post captivitatem Israël, aut non multò antea. Quæ verò sacra prodit historia de Josue et Judicibus Israel, ea aut non tradiderunt illi qui novos colonos informârunt, aut, quia ad leges ritusque sacrorum non pertinebant, non putârunt referre multùm ad illud quod optabant, nempe ut exitum evitarent, quod à leonibus quoidè durum patebantur. Et si verum est, quod Josephus docet lib. 9, cap. 44, ut pestem effugerent, quæ in eâ regione, ex quâ illam incoluerunt externi, durè grassabatur. Admississe porrò hos Cuthæos, seu Samaritanos, tantum libros legis, tenent Orig. tom. 4 in Joannem, Epiphanius supra, Ambrosius in cap. 9 I Corinthi.

Fuerunt autem li Samaritani Judæorum rationibus semper infensi, neque minùs Judæi Samaritanos insectabantur hostiliter, quia vix consentiebant in aliquo, et in plurimis omnino dissidebant. Quod usque adèd illis erat usitatum et frequens, ut proverbiali formâ, qui maxime alicui foret odiosus, Samaritanus vocaretur; sic à Judæis Christus Samaritanus dictus. Ex hoc odio ortum est, ut Judæi non couterentur Samaritanis, ut dixit Samaritana mulier, Joan. cap. 4. Hinc Samaritani quàm maxime potuerunt ardentè instauratiorem civitatis et templi impedire conati sunt, cum ab exilio remigrârunt Judæi, captivitate soluta, Esdr. lib. 2, c. 4. Hinc cum se simulatè,

ut opinor, et fraudulenter socios adderent ad templi reditivam fabricam, repulsi sunt, Esdr. lib. 2, c. 6. Quantum fuerit Samaritanorum in Judæos odium, docet Hieron. tom. 3, Ep. ad Algisium, q. 5.

Cum autem in aliquo Samaritani cum Judæis convenirent, in aliis ab illis dissiderent, prout ipsis usui fore putabant, modò se Judæos, modò alienos se à Judæorum religione et genere dicebant: usi eo artificio, quo apud Æsopum vespertilio, qui cum alas haberet à volucri, cæteram formam haberet à mure, modò se murem, modò volucem nominans, bis mortis periculum effugit. Didicerunt Judæis amicum fuisse magnum Alexandrum, et eos beneficiis persecutum amplissimis, et ut illius gratiam sibi demerentur, et beneficia ab eo acciperent similia, è Judæorum genere ortos se esse dicent, et isdem cum Judæis instituti teneri. Ita Josephus lib. 11, cap. 8, ad finem. Cum verò, ut isdem Josephus refert lib. 12, c. 7, accepissent Antiochum Epiphaniem infensum esse Judæis, et adversum illos

#### CAPUT XVIII.

1. Anno tertio Osee filii Ela, regis Israel, regnavit Ezechias, filius Achaz regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset; et viginti novem annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Abi filia Zachariæ.

3. Feicitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

4. Ipse dissipavit excelsa, et contrivit statuas, et succidit lucos; confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses, siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum, vocavitque nomen ejus Nohestan.

5. In Domino Deo Israel speravit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuerunt.

6. Et adhesit Domino, et non recessit à vestigiis ejus, feicitque mandata ejus quæ præceperat Dominus Moysi:

7. Unde et erat Dominus cum eo, et in cunctis ad quæ procedebat sapienter se agebat. Rebellebat quoque contra regem Assyriorum, et non servivit ei.

durius aliquid moliri, Judæos se esse negaverunt.

Ex quinque libris legis aliqua observant, nam, ut dixi, alia Scripturæ volumina non admittunt. Primum parentes suos vocant Abraham, Isaac et Jacob, ut probat Samaritana mulier, quæ Joan. c. 4, sic ad Christum: *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus?* Admisere præterea circumcisionem, de quâ in Pentateuco multus sermo ex Epiphaniò, hæresi 10 de Essenis; deinde purificationes quasdam, quas familiares habuerunt Hebræi. Sanè Epiphanius supra, hæresi 9, ad medium: *« Habent, inquit, alias quasdam decemque consuetudines antiquas, quòd videlicet urinâ se prolunt, ubi ab externis venerint, polluti nimirum; et quòd in aquam esse unâ cum vestibus immergunt, ubi contigerint alium ex aliâ gente. »* De aliis Samaritanorum erroribus vide Epiphanium hæresi 10, 11, 12, 15.

#### CHAPITRE XVIII.

1. La troisième année du règne d'Osee, fils d'Ela, roi d'Israël, Ezechias, fils d'Achaz, roi de Juda, commença de régner.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il monta sur le trône, et il régna vingt-neuf ans dans Jérusalem. Sa mère s'appela Abi, et était fille de Zacharie.

3. Il fit ce qui était bon et agréable au Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David son père.

4. Il détruisit les hauts lieux, brisa les statues, abattit les bois profanes, et fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait fait, parce que les enfants d'Israël lui avaient brûlé de l'encens jusqu'alors; et il l'appela Nohestan.

5. Il mit son espérance dans le Seigneur Dieu d'Israël: c'est pourquoi il n'y en eut point après lui d'entre tous les rois de Juda qui lui fût semblable, comme il n'y en avait point eu avant lui.

6. Il demeura attaché au Seigneur, ne se retira point de ses voies, et observa les commandemens que le Seigneur avait donnés à Moïse:

7. C'est pourquoi le Seigneur était avec ce prince, et il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises. Il secca aussi le joug du roi des Assyriens, et ne voulut plus lui être asservi.